

*Saxoniae Electori addictus, opposuit. Praeter causam auctor in historiam Magdeburgicam nimis subinde excurrit.*

**XXXII.** *Ioh. Chrysostomi STERREI Vita S. Nortberti Patriarchae Magdeburgici, Antv. 1656. 4t.*

*Multa singularia habet, buc omnino referenda. Cur exteri in rebus nostris consulendi? Resp. Romae curtas omnes Episcopatum curatus descriptas, quam in ipsis Germaniae archiuis. Chronicon Bergense, quod Helmstadii prodiit, Olearii Hylygraphiam; Anonymi Hällische Heilighthümer; Spangenbergii Chronicon Mansfeldense; Cellarii Wettinum; Chronicon Montis Petrini; plurima, quae de obsidione Magdeburgica lucem viderunt, laudare hic possem: nisi animus esset, intra potiores subsistere.*

### DE CLIVENSI DVCATV.

**XXXIII.** *M. Wernberi TESCHENMACHERI Montani Cliuia; Iulia; Montia; Rauensbergia, antiquae & modernae, Arnhemiae 1638. fol.*

*Liber rarus; sed plenus in hac materia. Quod & historiae & geographiae habeat rationem.*

**XXXIV.** *Adelarii ERICHII Guldische Chronicke. septem libris absoluta, Lipsiae 1611. fol.*

*A priori saepius emendatus correctusque. Non sphenendus tam ob nobilium familiarum descriptiones.*

**XXXV.** *Stephani Vinandi PIGHII Hercules Prodicius, Antverpiae 1587. in 8. (\*)*

*Institutor is fuit Caroli Friderici, Ducis Cliuens., quem in Italiam peregrinantem, comitatus est. Sed, principe hoc suo 1575. praematura morte Romae sublato, id defuncti memoriae honorique dedit, ut principis iuuentutis peregrinationem describeret. Liber insigni doctrina ac rerum varietate scriptus est. Inuenies in eodem Austriaca; Tirolensia; Salisburgensia; Italica cum accurata Cliuensis historiae epitome.*

**XXXVI.** *Anonymi Stammbuch der berühmten Gräfen und Herzogen in Cleven, Arnhemii apud Ioh. Fried. Hagen, 1679. fol.*

*Praeter imagines omnium principum, quae libro exhibentur, parum est, quod laudari possit.*

**XXXVII.**

(\*) Epistolae Pighii ad diuersos de rebus grauissimis scriptae insitae custodiuntur in bibliotheca Berolinensi.